

Est preterea secretarius S. D. N. Blossius eiusque substitutus Petrus Paulus Gualterius, personae docte magneque reputationis et tui
 55 deditissimi; nihil illis gratius contingere posset quam vt illos litteris tuis salutare. Quod si feceris, triumphabunt gaudio, proderit quam plurimum et tibi.

Petrus Cursius dicit se iterum tibi velle respondere, sed credo nihil faciet nisi ex instigatione aliorum, qui illum vt stultum habent et
 60 tractant.

Secunda die huius mensis intrauit hic Rome prima vice episcopus Parisiensis vt Cardinalis in consistorium publicum, fuitque in eo observatus primus terminus priuationis contra regem Angliae, eo quod cardinalem Roffensem interfecit. Et dicunt regem Galliae sese
 65 velle declarare publicum inimicum regis Anglie et in confinio occipere velle illius ciuitates et terras: sic cognoscuntur amici.

Dicitur pro certo, imperatorem post expugnationem ciuitatis Tunetinae in Affrica etiam Barbarossam pyratam cepisse viuumque in manibus suis habere, qui nunc sui latrocinii penas luet, et liberati
 70 sunt per captiuitatem suam decem millia captorum christianorum. Et rex de Tuneto, qui Cesaris partes sequitur, dedit imperatori xii. millia etiam christianorum captiuorum, qui omnes liberati, et quam plurimi eorundem Romam venerunt. Deus concedat imperatori in omnibus victoriam, ac nobis omnibus gratiam suam.

75 Dicitur etiam pro certo, imperatorem hic Rome et Neapolis hiematurum esse, ac illum primo vere personaliter Constantinopolim versus nauigaturum.

Abs te scire vellem, [vt] si papa tibi daret hic Rome honestam prouisionem, an huc velles venire expensis suis? Nam illi ingens
 80 desyderium videndi te intercessit. Responde quam citissime. Iterum vale.

Tuus Amb. de Gumpenberg
 subscripsit manu propria.

Excellentissimo viro Desiderio Erasmo Roterodamo, preposito
 85 Dauentriensi, Domino suo obseruandissimo. Brisgoie.

30293048. TO BARTHOLOMEW LATOMUS.

De Puritate p. 80.

N. p. 1098: Lond. xxvii. 28: LB. 1286.

Basle.

24 August 1535.

DES. ERASMVS ROTEROD. BARTOLOMEO LATOMO S. D.

ACCEPI ante dies paucos epistolam a Paulo tertio mirifici fauoris atque honorificentissimae de me testificationis plenam. At ne viam,

3047. 78. vt *seclusimus*.

3047. 53. Blossius] See Ep. 3021. 49n.

54. Gualterius] See Ep. 3024 introd.

58. iterum] We must infer that Erasmus' *Responsio* had reached Rome.

62. Parisiensis] John du Bellay.

62-3. fuitque . . . Angliae] 'In him was noticed for the first time the use

of the expression "deprivation" against the King of England.'

68. cepisse] A false report.

75. Rome et Neapolis] Charles went to Naples on 25 Nov., and to Rome on 5 April following; see Ep. 3007. 83n: cf. Ep. 3078. 16-17.

3048. 1. epistolam] Ep. 3033.

si ea mihi fuit tua gratior, ad quam nunc respondeo, sed *λακωνικῶς* et, vt ita loquar, per aphorismos. Beneuolentia, mi Latome, quae rebus temporariis et in quas ius habet fortuna, conciliatur, solet illis 5 in diuersum mutatis vel refrigescere vel intermori. Me vero tibi nec forma nec opes nec dignitas, sed eruditio, candor animi, ac morum synceritas conciliauit; quae vt propria perpetuaque sunt hominis, ita perpetuam amicitiam pariunt. Nunc quum perspicio te iis virtutibus quas olim in te dilexi factum locupletiolem, aequum est vt meo erga 10 te fauori nonnihil accrescat.

Quod excusas silentium tuum, operam inanem sumis, mihi crede; nunquam soleo spectatos amicos hoc vulgari officio aestimare. Quid quod impudenter facerem, si id in te requirerem in quo tu pari iure 15 possis *ἀντικατηγορεῖν*. Orationem tuam valde probaui, quanquam mihi reddita est mutila, neque quicquam vnquam legi tuum quod non vehementer arrideret, eo quod illic animaduverterem ingenium ardens absque furore, liberum absque petulantia, amicum absque assentatione, excelsum sine arrogancia.

Budaeum ob eximiam eruditionem, ac praeclara in rem literariam 20 merita semper animo sum veneratus, tametsi quidam conati sunt nostram amicitiam nescio qua nubecula nonnihil offuscare. Eum nunc longe pluris facio, quod tam amanter consuluit honori commodisque tuis.

Collegiorum primores nihil noui faciunt. Metuunt ne quid decedat 25 ipsorum quaestui, quem plaerique vnicum habent scopum. Vix credas quibus machinis Louanii conati sunt obstare, ne Collegium trilingue reciperetur. Qua quidem in re vt strenuam nauau operam, ita plurimum inuidiae mihi conflaui. Tornaci coeperat institui professio linguarum, sed academia Louaniensis et Franciscani qui 30 Tornacum incolunt non conquieuerunt, donec quod inchoatum erat omitteretur. Domus in hunc vsum extructa prospectum habebat in hortum Franciscanorum. Hinc illae lachrymae. Te primos excetrae impetus feliciter sustinuisse vehementer gaudeo, nec dubito quin reliqua futura sint secundiora. Illud interim tibi prouidendum cen- 35 seo, vt dum aetas laborum est patiens, seponas quod commodè senectutis alat ocium.

Ego si annos numerem, diu vixi; si rationem ineam quantum temporis mihi lucta fu(er)it cum febribus, cum calculo, cum podagra, non diu vixi. Sed par est nos patienter ferre quicquid ille supremus 40 Dominus nobis immiserit, cuius voluntati nemo potest resistere, quique solus nouit quid nobis expediat.

Quod me consolaris commemoratione clari nominis, nec apud posteros vnquam intermorituri, non ingratum est amicae voluntatis officium. At me nihil mouet ista gloria, nec sollicitus sum de posteri- 45 tatis applausu. Vnum illud mihi curae cordique est, vt hinc Christo propitio emigrem.

Huc multi Galli nobiles profugerant, hybernae procellae metu, qui

28. vt om. Lond.

39. fuit M: *correximus*.

29. Tornaci] For the history see Epp. 525 introd., 1237. 24n., 1558. 298–308. In his will of 1527 Erasmus left to the College a copy of the pro-

posed collected edition of his works.

48. Galli nobiles] Recalled by the Edict of Coucy; see Ep. 2983. 48n; cf. Epp. 3029, 3043, 3049. 155n.

reuocati sunt. Leo rugiet, inquit Propheta, quis non timebit?
 50 Similis terror dissimili de causa occupauit animos Anglorum. De quibusdam monachis sumptum est capitis supplicium, inter quos fuit quidam Brigittensis per humum tractus, mox suspensus, denique corde reuulso in quatuor sectus partes. Hic constans et verisimilis rumor est, vbi Rex cognouit Episcopum Roffensem a Paulo tertio
 55 cooptatum in numerum Cardinalium, eo maturius productum e carcere truncasse capite. Sic ille dedit rubrum galerum. Thomam Morum iam pridem esse in carcere, facultatibus in regium fiscum redactis, nimis verum est. Perebatur et is vltimo affectus supplicio, sed nondum certum habeo. Vtinam periculoso negotio se nunquam
 60 admiscuisset, et causam theologicam cessisset theologis. Caeteri amici qui me subinde et literis et muneribus dignabantur, nunc metu nec scribunt nec mittunt quicquam, neque quicquam a quoquam recipiunt, quasi sub omni lapide dormiat scorpius.

Hic Pontifex videtur serio moliri concilium. At non video quo-
 65 modo sit coiturum in tanta Principum ac regionum dissensione. Tota inferior Germania mire infecta est a retinctis: in superiore dissimulantur. Turmatim huc affluunt, quidam Italiam petunt. Caesar oppugnat Goletam. Mea sententia plus periculi est ab Anabaptistis. Non arbitror Galliam ab hac colluue prorsus esse liberam.
 70 Sed mussant isthic formidine fustis. Scis Monasterium Vuestphaliae metropolim expugnatum esse. Apud Amsterdamos periculosus tumultus est in vrbe. Neque nescis, opinor, Viandalum conterraneum

49. Propheta] Amos. 3. 8.

50. Anglorum] For the persecutions in England see Froude, *Hist. of England* ii, ch. 9.

52. Brigittensis] Richard Reynolds, of the Bridgettine Syon College, Isleworth. See Appendix xxvii. 235-8, where his name is given, under the form Reginaldus; cf. Ep. 3056. 20n. On 31 May 1535 Ortiz reports to the Empress that 'Chapuy's writes on 8 May that on that day were martyred three Carthusians, a monk of Monte Sion of the Order of St. Bridget, a very learned man, and another priest' (Brewer viii. 786). On 20 June he supplements this by a further report, giving Reynolds' name (viii. 904; cf. viii. 565-6; 609; 661; ix. 46, 100). More in his prison in the Tower with his daughter Margaret saw Reynolds and his fellow martyrs led to execution 'as bridegrooms to their marriage' (Roper's *Life* pp. 95-6, ed. 1817). Of Reynolds not much is known, except that he was educated at Cambridge, where he took his B.D. in 1513; at some time he was a member of Christ's College, and was perhaps a fellow of Corpus Christi in 1510—his birth may be presumed to fall in the last decade of the fifteenth

century. He enjoyed great repute for learning—he is said by Pole to have been the only English regular who knew the three tongues. See Pole, *Pro Ecclesiasticae Vnitatis Defensione* 103 vº. = Brewer x. 975; Foxe, *Actes and Monuments*, 1596, p. 976 b; Chauncy, *Hist. Aliquot Martyrum*, pp. 24 sqq. (Chauncy, p. 22, seems to borrow from the *Expositio Fidelis*, Appendix xxvii, 236, the description of Reynolds as 'vir angelico vultu').

53-9. Hic constans . . . habeo] Quoted by Cochlaeus in *Epistola Nicolai Pape* 1, 1536, ff. Cciii vº.—Dd. For Erasmus' uncertainty about the fate of More and Fisher see Ep. 3037 introd.

63. sub omni] See *Adag.* 334.

68. Goletam] The siege lasted from 20 June to 14 July. For Erasmus' view that the Emperor would be better employed in Germany, and that there was danger from the French, see Ep. 3043. 107n.

70. formidine fustis] Hor. *Epp.* 2. 1. 154.

Monasterium] See Epp. 2957, 3031, 3031a, 3041.

72. Viandalum] He had died *ante* 25 Feb. 1535. See Ep. 1237. 41n. The news had come from Goclenius, Ep. 2998. 52.

tuum Tornaci pestilentia sublatum esse, virum pulcre doctum, iam digamum ac liberorum aliquot parentem.

Prodit Concionator meus, vtinam bonis auibus. Nam mihi quidem 75 hoc argumentum nunquam arrisit. Festiū est quod adfers de puellis, quae ioco nonnunquam recipiunt quod cum dolore coguntur reddere, optasque vt saepius ad eum iocer modum. Verum illud quoque nonnunquam euenit puellis, vt quod per lusum receperunt abortu cogantur eiicere, aut in ipso partu emori. Quorum posterius 80 metuebam, prius illud euenit. Nec est animus posthac ad istum iocari modum.

Nunc de meo statu accipe quod rideas. Hortatu Lodouici Beri, insignis theologi, scripseram Paulo tertio. Is priusquam resignaret epistolam, honorificentissime de me loquutus est. Quumque statuis- 85 set in futuram Synodum aliquot eruditos in Cardinalium ordinem allegere, propositum est et de Erasmo. Sed obiciebantur impedimenta, valetudo ad obeunda munia inutilis, ac census tenuis. Aiunt enim esse Senatusconsultum quo submouentur ab ea dignitate quibus annui redditus sunt infra tria ducatorum milia. Nunc hoc agunt vt 90 me onerent praepositis, vt hinc iusto censu parato doner purpureo galero. Feli aiunt crocoton. Est Romae quidam amicus, qui hoc praecipue molitur, frustra monitus, non vnīs meis literis, me nec sacerdotia nec pensiones morari, hominem ἡμερόβιον, et indies mortem expectantem, nonnunquam et exoptantem, tam diri sunt inter- 95 dum cruciatus. Vix tutum est e cubiculo proferre pedem, ac ne prospectus quidem asini tutus est. Corpusculum hoc rarum ac tenue nullam fert auram nisi coctam. Et sic affectum huc volunt protrudere vt ambiam praepositorum et galeros. Mihi tamen interim gratis- 100 simus est summi Pontificis et error de me et affectus erga me.

Sed verbosior sum quam destinaram. Epistolae tuae prolixiori facile ignoscam, si culpam istam frequenter iteres. Puer quem tibi commendaram vbi viuat scire cupio. Rogo vt illum interdum amant- 105 ter appelles. Habet patrem virum humanissimum, ipse probae indolis. Bene vale.

Basileae xxiiii. die Augusti. M.D.XXXV.

30143049₃₀₆₆ TO PETER TOMICZKI.

De Puritate p. 63.

N. p. 1093: Lond. xxvii. 25: LB. 1287.

Basle.

31 August 1535.

DES. ERASMVVS ROTEROD. R. D. PETRO TOMICIO, EPISCOPO CRACO-
VIENSI, REGNI POLONIAE VICECANCELLARIO S. D.

TANTVM habent eruditionis et eloquentiae literae tuae, Praesul

3048. 80. reiicere N. 3049. TIT. R. D. om. N: REGNI... CANCELLARIO om. N.

3048. 75. Prodit] See Ep. 3036.

77. ioco] Erasmus is sufficiently pleased with the witticism to use it as his own when writing to Tomiczki (Ep. 3049. 47).

84. scripseram] Ep. 2988.

92. Feli . . . crocoton] See *Adag.*

172.

amicus] Gumpenberg; see Epp. 2993, 3007. 31n.

97. prospectus . . . asini] ὄνον παράκλυς. See Zenob. 5. 39, Apuleius *Met.* 9. 42, L. and S. s.v. παράκλυς.